

Ἀξιωματικόν ὄτα.

1. τὰ λεξικά.

1. *Sion, Gilead & Caput Libani.* 2. *Babylonii perditores.* 3. *Formula lugendi.* 4. *Sepultura Asini.* 5. *Aegyptii, amatores Hebræorum.* 6. *Chania pro Jechania.*

2. τὰ γνωμικά.

Notentur vs. 10. 13. 14. 19. 29.

3. τὰ ὀνηροεικικά.

Sufficere possunt huic capiti duæ conciones. 1. De Exhortatione ad Justitiam & generalibus regni Juda calamitatibus. 2. De specialibus. 3. De Regum fatis.

vs. 10. pertinet ad XVI. Trinit.

vs. 29. ad Dom. Sexages.

vs. 20. poterit esse materia concionis funebris.

CAPUT XXIII.

Nexus.

IN præcedenti capite Regibus in Ordine politico suas Propheta denunciavit calamitates: in hoc ad Pseudopphetas in Ordine Ecclesiastico suam convertit Orationem.

Argumentum Capitis.

Pseudopphetis propter corruptelas & peccata fatales pœnæ denunciantur, interserta promissione Evangelica de instauratione Ecclesiæ N. T. & Messia nascituro.

Partitio Capitis.

Partes capitis 2. sunt. In I. generalis comminatio & promissio λεγομένων quasi loco præmittuntur, usque ad vs. 9. In II. specialis de Pseudopphetis tractatio subjicitur usque ad finem capitis. Caput in genere est ωροφηλικόν: in specie partim ἀπληλικόν; partim ἐπαγγελικόν.

Usus.

Discant ministri Ecclesiæ ad se pertinere, ut sectarios intrèpidè redarguant ad Tit. 1.

Explicatio 1. partis.

Generalis comminatio particulâ *Væ* & *visitandi* verbo (quo non

non